UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Vltimarvm Volvntatvm, Svccessionvm, & Legitimationum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CXXXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96520

Visual Library

in diuiſione fuerunt appoſita aliqua uerba,ſeu aliq̃
clauſulæ,ex quib.ẽt p̃ſumptiuè fideicõmiſſi renun-
ciatio inferatur,cũ clauſulæ illæ ſimpliciter, & quo
dammodo uulgari fuerint appoſitæ, nõ aũt ualde
prægnãtes,vt requirũtur ad hoc,ut hanc renuncia-
tionem importent,veluti colligitur ex verbis Bart.
in l.qui romæ §.duo fratres,& Alex. expreſsè ibi in
fi.15.col.ex mente Io.Andr.in addit.Spec. in tit. de
teſta.§.in primis uerſi.quid ſi duob. Præterea † ceſ-
ſat p̃ſumptio renunciationis,nam & ſi fideicõmiſ-
ſum eſſet reciprocũ,tñ uerisimile erat,ꝙ magis de-
beret locũ habere in p̃ſona D. Claudij, qui uxorẽ,
& filios non habebat,q̃ in perſona D.Bonafacij,qui
multos filios tũc habebat,& de p̃ſenti habet: Vnde
fatuus iudicari potuiſſet,ſi diuidendo uoluiſſet fi-
deicommiſſo renunciare,cum ſua non intereſſet:
& cum ſit uir prudentiſſimus, & in reb.agendis ſa-
tis cautus,præſumendũ eſt,ipſum nullo modo ſen
ſiſſe,ꝙ eſſet fideicõmiſſo renunciatum: q̃ præſum-
ptionẽ multum conſiderãt ſcriben.poſt gl. in l.1.&
in l.cum proponas C.de pactis,& in l.de fideicõmiſ
ſo C.de tranſac. ponuntq; ẽt docto.& Bart. in d. §.
duo fratres. Rurſus qñ in fidecõmiſſo reciprocè fa-
cto apparet,& uerisimilè eſt,ꝙ ex una parte põt lo-
cum habere,& ex altera non,ut quia unus habeat fi
lios,per quos fideicommiſſum deficiat,& alter nul
los habeat filios,neq; uxorem,tunc non põt fidei-
commiſſum dici per diuiſionem remiſſum,quia in
ter ipſos fideicommiſſarios ceſſat ratio, pp q̃ con-
ceſſum eſt à fideiſcõmiſſo reciproco recedere,vc3
uotũ capitandæ mortis,ut in d.l. de fideicõmiſſo.
Ceſſante ergo hac ratione ceſſat ẽt præſumptio, q̃
alias ſumi poſſet,ꝙ per diuiſione,& clauſulas in ea
appoſitas fideicõmiſſo renunciatũ cenſeatur: Quæ
res tàm clara eſt,vt in ea minimè inſiſtendum am-
plius eſſe putem.¶ An aũt † mater relicta uſufru-
ctuaria à do.Claudio omnium bonorum poſſit de
trahere legitimam debitam in bonis filij pleno iu-
re:& non poſſe rñdeo, quia ſi uult conſequi vſum-
fructum ſibi relictum in omnib.bonis, non põt uel
le legitimã detrahere,cum debeat eſſe altero con-
tenta:imò acceptando vſumfructũ non põt legiti-
mam conſequi per ea,q̃ volũt Abb.in c.Raynutius
circa fi.de teſta.& alij in l. quia poterat. ff. ad Treb.
cum ſimilib.Vel melius dicendum eſt, ꝙ ſtante ſta
tuto huius ciuitatis,ꝙ extante patruo mater, ſeu
auia paterna ſolum debeat habere vſumfructũ cer
tæ partis bonorũ,nulla poterit legitima detrahi, ve
luti vltra Io.de Anan.in conſ.69.hoc voluit Petrus
de Anch.in conſi.421.& 429.& Alex.in conſ.68. li.
4.& in conſi.178.lib.7.& quia in hac ciuitate, & in
curia ẽt ſæpe pro hac opinione iudicatũ fuit,ideò
vlterius non inſiſto,cũ vera ſit de iure, vt colligi po
terit ex dictis ſcribẽtiũ in locis ꝓximè allegatis: &
ex his cũ ijs,q̃ per eximium conſultorem deducta
fuerunt,vt veris,ac iuridicis pertranſeo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

Fructus legati,uel fideicõmiſſi reſtituendi percepti,ſeu debiti, pendẽte die,uel conditione,ad quem pertineant, & nu. 20.

Dictio niſi orationi præcedenti negatiuæ appoſita ponit,& affirmat negatum in præcedenti oratione.

Alienationis p̃miſſio importat rẽ liberè,et pleno iure ſpectare

Penſio,et affictus rei uenditæ,& legatæ cui,et qũo debeãtur.

Fructus in reſtitutionem fideicõmiſſi uniuerſalis de hæreditate an ueniãt,& quid in reſtitutionem fideicommiſſi de re particulari,& nu.23.ubi declaratur.

6 *Fructus qñ ad fideicõmiſſarium,& legatarium,& qñ ad hæredem grauatum pertineant,& nu.20.& 24.ubi declaratur.*

7 *Penſiones non exactæ,quæ in uita hæredis grauati deberi cæperunt,& quarum dies uenit,an ueniant in reſtitutionem fideic.uniuerſalis de hæreditate, & quid in fideicommiſſo particulari,& nu.18.*

8 *In legato nominis debitoris,ſiue alicuius mõtis uenit actio pro paghis,et obuentionib.uiuo teſtatore debitis,& decurſis.*

9 *Penſiones,& obuentiones non debitæ propter aliquo, fructus naturales ſemper dicuntur pendentes,niſi fuerint actualiter exactæ,& perceptæ.*

10 *Fructus pendentes tẽpore,quo dies fideicõmiſſi ceſſit,ad fideicõmiſſariũ pertinent,ẽt ſi maior pars anni præterierit.*

11 *Fructus quando dicantur pars rei.*

12 *Fructus pendentes tempore,quo ceſſit dies legati uſusfructus, pertinent ad legatarium.*

13 *Legatum ſortis debitæ ſuper aliquo monte,ſeu ſuper impreſtitis continet etiam pagas,& obuentiones uiuo teſtatore debitas,& decurſas,nedum exactas.*

14 *Fructus,ſiue obuentiones montium,uel creditorum non dicunt debiti,ſeu decurſi,nec debitæ,ſeu decurſæ,niſi facta declaratione uoluntatis Principis de illis decurſis, & ſoluendis, qñ ſolutio,et perceptio non certo tempore,ſed ſm uoluntatẽ, et declarationẽ Principis fieri conſueuit, & ideò interim tanquam fructus pendentes,& immaturi iudicantur.*

15 *Legatum rei,quæ non eſt in rerũ natura,ſed fore ſperatur, eſt conditionale,& quomodo,& quando debeatur.*

16 *Legatarius uſusfructus ſyluæ non eſt ligna non cedua, & immatura incidere.*

17 *Fructus immaturi non pertinent ad uſufructuarium.*

19 *In legato fundi ueniunt etiam fructus futuri ipſius fundi.*

21 *Legatum,ſiue fideicommiſſum debetur ſecundum naturã, & qualitatem rei in legato,uel ſideicõmiſſo deductæ.*

22 *Impedimentum illegatum ut proſit,& releuet,quid requirat.*

23 *Fructus poſt aditam hæreditatem medio tpe ab hærede grauato percepti non ſunt hæreditarij,nec hæreditatem augent.*

EPITOME.

FRuctus,& obuẽtiones Montis, ſeu crediti alicuius,quarum ſolutiones,& perceptiones nõ certo tempore decreto, ſed ſecundum voluntatẽ, & declarationem Principis ſemper fieri cõſueuit, in reſtitutione fideicõmiſſi de dicto monte,ſeu credito facti ad fideicõmiſſariũ,& non ad grauatum, ſeu illus hæredes etiam ipſo tẽpore uitæ ipſius grauati,quo ſolutio,& perceptio facta non fuit, pertinere,hic demonſtratur.

CONSILIVM CXXXIII.

VIſo teſtamento,& alijs in themate propo-
ſitis,vr̃ prima faciè dicendũ, pagas,& ob-
uentiones crediti,ſiue montis, de quo in
puncto,decurſas in uita D.Ioannis,& per eũ, dum
viueret,non exactas ad filias ipſius tanq̃ illius hære
des ſpectare,& pertinere:Nam eſt in primis conſi-
derandũ,ꝙ D.Ioannes fuit grauatus fideicommiſ-
ſum,de quo in teſtõ, præſtare poſt mortẽ ſuam,ut
clare ex teſtõ ipſo colligitur,& ideò pagæ,& obuẽ
tiones,q̃ interim,ac medio tpe decurſæ, & debitæ
extiterunt ex dicto credito,uident̃ ad ipſum D. Io
annã,& modo ad dictas eius filias,& hæredes perti
nuiſſe,ac pertinere,quia notiſſimi,ac indubitati iu
1 ris eſt, † ꝙ fructus,aliæq; acceſſiones legati, uel fi-
deicõmiſſi,q̃ pendẽte die,uel ɔdõne percipiuntur,
ſeu debentur,ad hæredẽ grauatum,& nõ ad legata
rium,uel fideicommiſſarium pertinent l.licinius ff.
de lega.2.l.filium ff.de optio.lega.& ubiq; Bar. & l.
vxorẽ §.ſorori ff.de lega.3.& nota.in l.quod de bo-
nis §.fructus ff.ad leg.falcid.Quod quidẽ vr̃ poſſe
confirmari, qm̃ teſtator prohibendo alienationẽ
dicti crediti,ac utilis niſi de paga in pagã, uel duas
ad plus,cenſetur uoluiſſe,ꝙ ſingulæ paghæ, quæ in
uita heredis grauati currerent,debitæq; eſſent,poſ-
2 ſent per ipſum grauatũ alienari,nã † illa dictio niſi
appoſita alicui termino contento ſub præcedenti
oratione negatiua,prout in caſu noſtro, ponit, &
affirmat

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

affirmat illud,qđ in præcedenti oratione negatum
fuit.l.actione,& ibi gl.& doc.C.de tranſac. & ita in
effectu vr̃ uoluiſſe,dictas ſingulas pagas fideicõmiſ
ſo prædicto nõ ſubiacere,tum quia cã finalis dictæ
prohibitionis,q̃ fuit ipſum fideicõmiſſum , in illis
ceſſare vr̃,cũ non ſint prohibitæ,ſed permiſſæ alie-
3 nari,tum ẽt quia † teſtator permittendo ſingulas
pagas alienari poſſe,vr̃ voluiſſe eas liberè,& pleno
iure eſſe ipſius hæredis grauati,quia aliàs illas alie-
nare non potuiſſet,inſtit.quib.mod.alien. licet, vel
non,in prin.& qui vult ↄñs,vult etiã ſuũ neceſſariũ
antecedens l.illud ff.de acquiren.hæreditate,& l.ad
rem mobilem ff.ad exhiben.¶ Præterea conſiderã
dum eſt ſm ea,q̃ mihi in facto proponũtur,ꝙ ideò
pagæ in uita d.D.Ioannis hæredis decurſæ non fue
runt ab ipſo exactæ,quia mons ille ex decreto, ſiue
mandato Sereniſſimæ Dñationis Venetorum fuit
clauſus,& interdicta ſolutio pagarum;ex quo infer
tur,ꝙ illa non exactio non potuit , nec debuit ipſi
D.Ioanni,nec illius hæredib.obeſſe, nec præiudica
re,cum per ipſum non ſteterit.c.imputari de regu.
iur.in 6.& argu.l.non debet.ff.de regu.iur.cum ſimi
lib.¶ Confirmari ẽt põt prædicta concluſio ex not.
per Bar.in l.fi.ff.de iure fiſci , & per Bal. in l.1.C. de
4 uſur.& fruct.lega.ſiue fideic. nam † Bar. in d. l.fi. te-
net,ꝙ ſi tibi uendam domũ,uel rẽ aliam,q̃ alij cer-
ta penſione locaueram,penſio pro tp̃e præterito de
bet eſſe uenditoris,& pro futuro emptoris, quod
idẽ Bal.in d.l.1.dicit eſſe in legatario domus alij lo
catæ,vt vc3 penſiones uſq; ad diem aditæ hæredita
tis ad hæredẽ pertineant,& poſt illius aditionẽ ad
legatariũ,idemq; uoluit etiã Alex.in cõſ.82. col.fi.
lib.2.qui ad hoc,ꝙ penſiones , & affictus debitæ, &
debiti non ueniant in reſtitutionẽ fideicommiſſi
ẽt uniuerſalis,inter alia allegat not.per Bar.in d. l.fi.
5 ¶ Accedat ad hæc,ꝙ † ſi in reſtitutionem fideicõ-
miſſi uniuerſalis de hæreditate , quæ fructib.augeſ.
l.item ueniũt §.item ſolum.ff.de petit.hęred. regu
lariter non ueniunt fructus. l.in fideicommiſſaria.
ff.ad Treb.quanto magis non debẽt uenire in reſti-
tutionẽ fideicommiſſi facti de re particulari,q̃ fru-
ctib.ſiue acceſſionib.nõ augetur.¶ Vltimo pro hac
ſnĩa vr̃ facere id,qđ voluit.Paul.de Caſ.in d.l. in fi-
deicommiſſaria col.1. verſi.quid aũt, ſi non erant ,
ubi tenet illud,qđ hr̃ per gl.in l.in fideicommiſſi in
6 prin.ff.de uſur.hoc eſt,ꝙ † illud,qđ dr̃, fructus pen-
dentes,& extantes in re ſequi fideicõmiſſariũ,tanq̃
ſint pars rei,procedit,locumq; habet,ſi erant pen-
dentes tp̃e mortis teſtatoris,& per eum ſati, ſecus
ſi fuiſſent ſati p̃ hæredẽ grauatũ , nã tunc licet tp̃e,
quo dies legati,uel fideicõmiſſi cederet , adhuc pẽ-
dentes eſſent,tñ illi fructus cedunt ipſi hęredi perin
de,ac ſi per illum fuiſſent percepi, & de eis idẽ, qđ
de perceptis,eſt iudicandũ:ex quo vr̃ poſſe in ꝓpo
ſito noſtro inferri , qđ cũ pagæ,& obuentiones d.
Montis in uita D.Ioannis hæredis grauati decurre-
rint,debitæq; fuerint,illæ cẽſentur ab eo, ut ita di-
xerim,ſeminatæ adeò,ꝙ de illis vr̃ iudicandũ perin
de ac ſi fuiſſent perceptæ,atq; exactæ,& nemini du
biũ,ꝙ exactæ,& perceptæ ceſſiſſent lucro ipſius D.
Ioannis hæredis grauati,qm̃ de iure cõſtat,vt dixi,
fructus,& acceſſiones ab hærede p̃ceptos,ſeu p̃ce-
ptas,die,uel ↄdõne fideicõmiſſi pendẽte, ad ipſum
hæredẽ,& nõ ad fideicõmiſſariũ pertinere. Nec vr̃
his aduerſari tex.in l.poſtulante.§.ſed & in hmõi,&
7 in l.deducta.§.qui poſt.ff.ad Treb. quia † hæc iura
loquũtur in fideicõmiſſo vniuerſali hæreditatis, in
quo vr̃ eſſe alia,& diuerſa ratio,q̃ non eſt in fidei-
cõmiſſo particulari,dũ quo nos loquimur, ideò.n.
ibi penſiones,& uſuræ,q̃ in uita hæredis grauati de
beri cœperunt, & quarum dies uenit , non exactæ
ueniunt in reſtitutionẽ fideicõmiſſi uniuerſalis,q̃a
ut dicunt illa iura,in ipſa hæreditate ueniebat reſti
tuenda ex ſenatuſconſulto Trebelliano talis,qualis
erat reperta fuit illa actio hæreditaria cõpetens ad
dictas penſiones,ſeu uſuras debitas, & p̃p̃ea mirũ
non eſt,ſi ea actio in reſtitutionẽ uenit;q̃ rõ vr̃ ceſ-
ſare in fideicõmiſſo particulari,cum in eo non ue-
niant iura,& actiones,l.ſi hęreditatẽ.ff.manda.& q̃-
8 uis † in legato nominis debitoris , ſiue montis ſup
impreſtitis ueniat actio pro pagis,& obuentionib.
uiuo teſtatore debitis,& decurſis.l. nomẽ.ff.de leg.
3.& hr̃ in terminis p̃ Paul.de Caſt.in l ſi tibi homo.
§.cũ ſeruus.ff.de lega.1.tñ in pagis,& obuentionib.
poſt mortẽ teſtatoris decurrendis,q̃ tũc ab ipſo te-
ſtatore peti nõ poterant,ſecus eſſe vr̃. Præterea ille
tex.in d.§.ſed & in hmõi uerſi.ſed q̃a vr̃ potius fa-
cere pro dictis filiab.D.Ioannis, q̃ ↄ̃,dum dr̃ ibi,ꝙ
fideicõmiſſarius non petit fructus,& ſic ut fideicõ-
miſſum ſuppleatur fructib. ſed petit , ut hæreditas,
qualis eſt,reſtituatur;& ſic vult ille tex. fideicõmiſ-
ſariũ non poſſe directè,& principaliter petere pen-
ſiones,& vſuras jam debitas : At in caſu noſtro nõ
vr̃,ꝙ pagæ,& obuentiones decurſæ in uita D. Ioan
nis hæredis cõprehendi,& includi poſſint in peti-
tione,& reſtitutione ſimpliciter facta de dicto fi-
deicõmiſſo particulari,& ſi uerũ eſſet , ꝙ cederent
in caſu noſtro lucro fideicõmiſſarij, oporteret illas
directè,& principaliter petere , qđ negat ille tex. &
ideo iura illa nõ vñr facere ad caſum noſtrũ.¶ Sed
tñ p̃dictis oĩbus, nõ obſtantib.ↄ̃riam ſnĩam in hoc
caſu & ꝓbabiliorẽ,& veriorẽ eſſe exiſtimo, duobus
9 maximè p̃ſuppoſitis,quorũ primũ eſt , ꝙ † penſio-
nes,aliæq; ſimiles obuentiones,q̃ non debentur ha
bito reſpectu ad fructus naturales,ſed p̃p̃ aliud(ut
eſt in caſu,de quo agitur,in quo pagę,& obuentio
nes d.Montis non percipiũtur p̃p̃ aliquos fructus
naturales,ſed p̃p̃ aliud)nunq̃ dñr perceptę,ſed po-
tius pendentes,niſi fuerint actualiter exactę, atq; p̃-
cepta,ut concludit Soc.in conſ.100.lib.1.per plures
rõnes,quas breuitatis cã non recenſeo , ex quo in-
fero,ꝙ pagę,& obuẽtiones,de quib.agitur, actuali
ter,& cum effectu non exactę ad fideicõmiſſarium
pertinent,tanq̃ ſint pars rei per fideicõmiſſum reli
ctę:Quod in primis probatur auctoritate glo.in d.l.
in fideicõmiſſi.ff.de uſur.q̃ ſimpliciter,& indiſtincte
10 tenet,† fructus pendentes tp̃e,quo dies fideicõmiſ
ſi ceſſit,ad fideicommiſſarium pertinere,cuius opi
nio cõprobatur ex tex.in l.herennius eod.tit.q̃ for-
maliter dicit,fructus,qui poſt diem ceſſionis fidei-
cõmiſſi ex terra percipiuntur,ad fideicommiſſariũ
pertinere,licet maior pars anni ante pręterierit,ad
quod ẽt bene facit tex.in l.fi.§.non ſolũ cũ ſeq.ff.de
11 his,q̃ in frau. credit.ubi probaſ, † ꝙ quo ad hoc,vt
fructus dicanſ pars rei,& pertineant ad illũ, ad quẽ
principalis res pertinet,non inter eſt,an fructus ſint
maturi,uel immutari:ſubditq; ille tex.ꝙ adeò fru-
ctus pendentes in re cenſentur eſſe pars ipſius rei,vt
per ſe,& ſeparatim ab ipſa re æſtimationẽ non reci
12 piant.Ad idem ẽt † facit.l.ſi pẽdentes.ff.de uſufruc.
ubi dr̃,ꝙ fructus,qui tp̃e,quo ceſſit dies legati facti
de uſufructu,reperiuntur extare,& in pendenti eſſe,
ad legatariũ pertinent:Quòd aũt in caſu noſtro pa
gę,& obuentiones,de quib.agitur,iudicẽtur,& ha-
beantur,ut pars ipſius mõtis,ſiue crediti p̃ fideicõ-
13 miſſum relicti,ſatis conſtat ex eo, † qđ notat Paul.
Caſt.in d.§.cũ ſeruus,uolẽs,ꝙ ſub legato ſortis ſim-
pliciter ſuper impreſtitis Venetiarũ ueniant,& cõ-
prehendanſ ẽt pagę,& obuentiones,q̃ uiuo teſtato
re decurſę,& debitę erãt, cuius dicti alia rõ aſſigna-
ri non

ri non pōt,niſi qa cū non fuerint exactæ, cenſent,
& iudicantur eſſe tanq̃ pars ipſius rei principalis
relictæ,& ideò appellatione illius rei,ſiue ſortis cō
tinentur:ad cuius confirmationē faciunt ēt nota.
per Soc.in d.conſi.100. ¶ Alterū p̄ſuppoſitum eſt,
ꝙ † mons,ſiue creditum ſuper impræſtitis Venetia
rū,attento decreto,ſiue conſuetudine Sereniſſimæ
Dominationis illus,eſt huius naturæ, & qualitatis,
ꝙ ex illo page aliquæ,& obuentiones firmiter non
debentur annuatim,vel menſtruatim , ſiue dietim,
ſed earum curſus,ac ſolutio pendet a uoluntate,&
libito p̄dictæ Sereniſſimæ Dominationis, q̄ qn̄que
permittit,ꝙ dictæ pagæ decurſæ ſint, & ſoluantur,
& qn̄q; ēt prohibet illarū curſum, & ſolutionē,ꝑut
in caſu noſtro contigit.Ex quo infero , ꝙ cū pagæ,
& ſolutiones,de quib.agitur,non cucurrerint , nec
exigi potuerint in uita D.Ioannis ꝑꝑ naturā,& qua
litatē ipſius montis, qa ꝑ illo tꝑe placuit , uiſumq;
fuit præfatę Dominationi prohibere curſum, & ſo
lutionem pagarum , & obuentionū dicti montis,
ideò pagæ tanq̃ nō decurſæ,nec debitæ, & ut ita di
cerim,tanq̃ immaturæ nō ceſſerunt,nec cedere po
tuerunt ipſi D.Ioanni hæredi,ſed ipſum fideicōmiſ
ſariū ſequūtur,illiq; cedūt,eſt quo,poſtq̃ ceſſit dies
dicti fideicommiſſi per mortem D.Ioannis,placuit
p̄fatæ Sereniſſimæ Dominationi uelle illas pro eo
tpe eſſe decurſus,& ſolui debere.Et ad prędicta fa
cit primo tex.l.in qđ in rerum cum ibi nota.per gl.
& Paul.de Caſt.ff.de lega.1.dr̄.n.ibi,ꝙ † illud,qđ nō
eſt in rerū natura,ſed fore ſperatur,legari pōt,& ta
le legatū ſ̄m gl.ibi eſt ꝯdōnale quantū ad obligatio
nem,& actionem,adeò ꝙ non debetur ante, q ſpes
illa ſit in eſſe deducta , & res legata ad rerū naturā
ꝑueniat:Ita in propoſito , & in ſimili ex quo iā tꝑe
uitæ d.D.Ioannis decretum,& ſtatutū fuerat mon
tē prædictum ſtare debere clauſum , illiusq; ꝑagas,
& obuentiones non currere,q̃uis tunc aliqua ſpes
eſſet,ꝙ p̄fata Sereniſſima Dominatio Venetiarū
poſſet poſtea declarare illas obuentiones cucurriſ
ſe,& ſoluendas eſſe,tn̄ interim,& medio tꝑe nō fue
runt d.D.Ioanni debitæ,arg.nota.in d.l.qđ in rerū.
Nec debet ipſi fideicommiſſario obeſſe apertura
dicti montis,& declaratio ſiue permiſſio facta ꝑ p̄
fatam Dominationē,ꝙ pagæ, & obuentiones mō
tis pro tꝑibus retroactis ſoluātur,ex quo illa facta
fuit poſt mortem d.Ioannis, & ſic poſtq̃ dies dicti
fideicommiſſi ceſſerat,& retro trahi non debet in
ꝑiudiciū dicti fideicommiſſarij,cui iam fuerat di
ctum fideicōmiſſum acquiſitū,argu.l. bonorū ff.rē
rat.hab.Accedat ēt ad confirmationē prædictorū
tex.cum glo.in l.ex ſylua ff.de uſufruc.ubi prdbatur
ꝙ † legatarius uſusfructus ſyluæ non pōt ligna nō
cedua,ideſt immatura incidere,& ꝑcipere, & hoc
eſt generale in quibuſcunq; alijs fructib. ꝙ † imma
turi non pertinent ad uſufructuarium ſ̄m Bal. in l.
ſi pater C.de uſufruc.Ita ēt in ſimili pagæ, & obuē
tiones dicti montis,q̄ ex decreto Dominationis p̄
dictæ non cucurrerūt,nec exigi potuerunt, fuerūt
quodammodo,ut dixi , pro illo tꝑe immaturę, &
ꝑꝑea non debitæ dicto D.Ioanni. ¶ Pręterea ꝑ di
cto fideicommiſſario facit ēt tex.in d.l. poſtulante
§.ſed in hmōi,& in d.l.deducta §.q poſt ff. ad Treb.
† q iura licet loquātur in fideicōmiſſo uniuerſali,
tn̄ ēt in caſu noſtro locū habere vn̄r,cum nō videat
poſſe aſſignari concludens rō diuerſitatis,nam qua
rōne penſiones,uel uſuræ iā debitæ,quarumq; dies
iam ceſſit,& uenit,in fideicōmiſſaria hęreditatis re
ſtitutione ueniunt,vcȝ qa actio pro illis penſionib.
& uſuris competens reperitur in ipſa hæreditate,q̄
qualis eſt, debet ex ſenatuſconſulto Trebelliano
reſtitui,ut ibi dr̄,eadem rōne ēt pagę, & obuentio
nes per d.D.Ioannem non exactæ ueniunt in reſti
tutionē,& præſtationem dicti fideicōmiſſi particu
laris facti de iure,& actione ſuper dicto monte cō
petenti,ex quo in illo iure reperitur ius, & actio pe
tendi,ac exigendi pagas,& obuentiones prędictas,
ut patet ex nota.per Paul.de Caſt.in d.§. cū ſeruus ,
q ,ut dixi,tenet,ꝙ in legato, uel fideicōmiſſo facto
de ſorte debita ſuper monte,uel impreſtitis Vene
tiarū,aut Florentiæ comprehendantur ēt pactę,&
obuentiones iam decurſæ,& debitæ teſtatori tꝑe
eius uitę,ergo eadē rōne,& multo magis compre
19 henduntur futurę,cum clarum ſit,ꝙ † in legato fa
cto de fundo ueniunt,& includuntur ēt fructus fu
turi ipſius fundi l.quod de bonis §.fructus, ibiq; gl.
& doct.ff.ad Treb.Nec obſtat,ꝙ in fideicommiſſo
uniuerſali ueniunt actiones actiuę,& paſſiuę , & ſe
cus eſt in particulari l.ſi hęreditatē ff. manda. Quia
hęc differentia non facit,quo minus actio compe
tēs pro illis pagis,& obuentionib.non exacti tꝑe ui
tę ipſius D.Ioannis comprehendatur,& inueniant
eſſe in dicto fideicommiſſo facto de iure, & actio
ne ſuper dicto monte cōpetenti.¶ Nō obſtant alia
ſupra in ꝯ̄rium allegata,& primo illud,ꝙ fructus,&
obuentiones perceptæ,pendente die,uel ꝯdōne,ad
hęredem grauatum pertineant,quia id uerū eſt, ſi
fuerint actualiter perceptę,& exactę,alioqn ſecus
ut ſupra probatum fuit.Et ſi diceretur,ſufficere ad
hoc,ut dicantur perceptę, ꝙ penſiones , alięq; ob
uentiones debitę fuerint,earumq; dies ceſſerit; ut
probatur in l.defuncta ff.de uſufruc. Rn̄detur , illud
procedere, uerumq; eſſe in penſionib. uel alijs ob
uentionib.debitis propter fructus naturales;illo. n.
caſu,ſi fructus ſint percepti,penſio pro illis debita,
cuius dies nondum ueniſſet, iudicaretur percepta
d.l.deſuncta,& ita procedat dictum Bal.in l.1. C.de
uſu.& fruct.lega.& Alex.in d.conſ.82.cum allega.
ibi per eum,q̃uis Alex.ipſe ibi ēt loquatur in caſu
diuerſo à noſtro,nam is loquitur in affictib. & pen
ſionib.debitis ex locationib.factis per hęredē gra
uatum,nos uerò de pagis, & obuentionib. debitis
ex ꝯ̄ctu & prouiſione teſtatoris,inter q̄ eſt differē
tia,ut probatur in d.§.ſed & in hmōi : ſed pagę , &
obuentiones,de quib.in caſu noſtro agitur,non de
bentur ꝑꝑ aliquos fructus naturales,ergo de illo ca
ſu d.l. ſi defuncta ad caſum noſtrum non fit bona il
latio l.papinianus exuli ff.de minor.cum ſimilibus.
¶ Secūdo non obſtat,ꝙ teſtator permittendo alie
nationem dictarum pagarū de paga in pagā cēſeat
voluiſſe ſingulas pagas in uita D.Ioannis decurſas,
& debitas ad ipſum hęredē grauatum liberè ſpecta
re,nā hoc uerū eſt in caſu alienationis earū , ſed in
caſu alienationis non factę,qa teſtator nihil ultra
diſpoſuit,hæc ratio p̄ſumptę uoluntatis ceſſat. Pręterea illud uerū eſt de pagis, q̄ uiuo hęrede curre
rent,& exigi poſſent,non aūt de ijs,q̄ non currerēt,
nec exigi poſſent,ꝑut iu caſu noſtro.¶ Tertio non
aduerſatur,dum dicebatur per D. Ioannē non ſte
tiſſe,quo minus dictas pagas,& obuentiones exe
giſſet,ac perceviſſet,ſed facto , & decreto pręfatę
Sereniſsimę Dominationis Venetorum fuiſſe im
peditū,& ꝑꝑea tale impedimentū,caſumq; ſuperue
nientē non potuiſſe,nec debuiſſe ipſi D. Ioanni , &
illius filiab.ſuis hęredib.obeſſe,& pręiudicare , qa
ad hoc dupliciter rn̄detur,primo, ꝙ ex quo dictus
mons inſpecta ſui qualitate,& natura fuit,& eſt tali
caſui ſubiectus,ueluti ſupra dixi, ex illo facto , uel
decreto claudendi montem,& interdicendi cur
ſum,& ſolutionē dictarū pagarum,& obuentionū
non debuit,nec potuit, reſultarē impedimentū ſal

tem conſiderabile,qđ ipſum D. Ioannē releuare,
21 & excuſare debuerit,nā † legatum,ſiue fideicōmiſ
ſum debetur ſm naturam,& qualitatem rei in lega
to vel fideicōmiſſo deductæ.l. legatū eſt. §. fundus.
ff.de leg.1.& facit.l.nutu.§.colūnis.ff.de lega.3.Præ
terea poſito,ſed non conceſſo,iuſtū & legitimū im
pedimentum ex tali facto reſultaſſe,tñ dr̃ illud nō
22 obſtare,quia † ad hoc,vt impedimentū allegatum
releuet,oportet conſtare,ꝙ illud allegans uſus fue-
rit diligētia ſua,vt puta in caſu noſtro,in ſe præſen-
tando debitis,& congruis temporib.ad locū dicti
montis,& petendo pagas, & obuentiones pro tpe
decurſas ſibi ſolui,ac ꝓteſtādo per ipſum nō ſtare,
quin illas exigat, atq; recipiat,ad tradita plenè per
Bart.&alios in l.2.§.quod diximus.ff.ſi qs cautio;&
in l.ſi p̄ſes.C.de appel.per Alex.in l. de pupillo. §.ſi
quis ipſi prætori col.2.verſ.Item nota,ꝙ ubi qs.ff.de
noui oper.nuncia.Quod quidē in caſu noſtro factū
fuiſſe non conſtat,ergo &c.Adde,ꝙ tex.in d.§.ſed
& in hmōi,ſuper quo ēt fundata eſt cōcluſio facta
pro fideicōmiſſario,ſimpliciter conſiderat,ꝙ actio
competens pro penſionib. & uſuris inueniatur eſ-
ſe in ipſa re principali contenta in fideicōmiſſo tpe
reſtitutionis,ſiue p̄ſtationis de eo faciēdæ,ideò nō
intereſt,qūo,& ex qua cā illud cōtingat,cū lex gña
liter,& ſimpliciter loquens ſit gñaliter, & indiſtin-
ctè intelligenda l.1.§.& gñaliter.ff.de lega.præſtan.
¶ Quarto ad not.per Bar.in d.l.fi.C.de iure fiſci, &
per Bal.in d.l.1.C.de uſur.& fruct.leg.cū concordā-
tib.rñſum fuit ſupra,illa procedere in penſionib. &
obuētionib.iam debitis & decurſis,& in illis,q̄ ꝑꝑ
fructus iam perceptos debentur, nos aūt loquimur
de pagis,& obuētionib.nondū decurſis , nec debi-
tis ꝑꝑ decretū DD.Venetorum ſuperius deductū,
& de non debitis ꝑꝑ aliquos fructus,q̄ nunq̄ iudi-
cantur perceptæ,niſi actualiter,& cum effectu per-
cipiantur,ut latè declarat Soc.in d.conſ. 100. & Sa-
lic.in l.Iulianus.§.ſi fructib.ff de actio.emp. ¶ Quin
to non obſtat,eum dicebatur,ꝙ ſicut in reſtitutio-
nē fideicommiſſi uniuerſalis de hæreditate, q̄ fru-
ctib.augetur,regulariter non ueniunt fructus,aliæ-
que acceſſiones d.l.in fideicommiſſaria.ff.ad Treb.
ita & magis uenire non debent in reſtitutionē,ſeu
præſtationem fideicommiſſi facti de re particulari,
q̄ ex fuctib.incrementū non recipit; Quia rñdet,ꝙ
23 † fructus,& acceſſiones medij tpis ab hærede gra-
uato percepti,& perceptæ ex reb.& corporib. hæ-
reditarijs,& poſt aditam hæreditatē non ſunt, nec
cenſentur hæreditarij,ſiue hæreditariæ,ꝑꝑea hære-
ditatē non augent d.l.in fideicōmiſſaria, ibiq; Paul.
Alex.& alij:Data igitur paritate,non eſt in hoc dif-
ferentia inter fidecōmiſſum particulare,& fideicō
miſſum vľe,nam aut fructus fuerūt ab hærede gra-
uato percepti,& recollecti ante morā, aut non,&
primo caſu illi nō ueniunt in reſtitutionē fideicō-
miſſi tam particularis,q̄ uniuerſalis d.l.in fideicom
miſſaria,d.l.Licinius,& d.l.filiū cū alijs ſupra alle-
gatis;aut non fuerunt percepti,nec habiti pro per-
ceptis,prout in caſu noſtro , & tunc in reſtitutionē
veniunt.ut ꝓbatur in d.§.ſed & in hmōi cū ibi not.
per Ang.& ſcrib.& ſupra dictū fuit. ¶ Vltimo non
aduerſaſ id,qđ voluit Paul.de Caſt.in d.l.in fideicō
miſſaria limitādo gl.in d.l.in fideicōmiſſi.uolens,ꝙ
fructus ſati ab hærede licet ſint pendentes tpe,quo
legatū, uel fideicōmiſſum p̄ſtandū,ſeu reſtituēdū
eſt,tñ non ſequūtur legatariū , vel fideicōmiſſariū,
ſed ſunt ipſius hæredis,ac de illis idē, qđ de perce-
24 ptis iudicatur;Nā † ad hoc primo dici pōt illud di-
ctum iure non ꝓbari,nec Paul.pro eo legē aliq̄ alle
gat,& erubeſcimus,cū ſine lege loquimur l.illā C.
de collat.Qūinimmò illud eſt ꝯ mentē gl.in d.l.in fi
deicōmiſſi & ꝯ tex.in d.l.herennius,aliaq; ſimilia iu
ra ſupra allegata:Nec illud inueni ab alio tactū,ſeu
recitatū.Secundo poſito illo ꝓ vero ꝑꝑ auctorita-
tē tanti uiri,tñ adhuc dr̃ nō obſtare in caſu noſtro,
in quo obuentiones,& pagæ dicti montis pro illo
tpe,quo mons ſtetit clauſus, non cucurrerunt,nec
d. D.Ioanni debitę fuerunt,ita ꝙ non potuerint di
ci ſatæ,ac ēt quia illæ non uenerunt,nec debitæ fue
runt ex ꝓuiſione,opera,& induſtria ipſius hæredis,
ꝓut contingit in fructib.ab ipſo hęrede ſatis,ſed ve
nerunt,debitæq; fuerunt ex ꝯctu, prouiſione ipſius
teſtatoris,ad quē creditū dicti mōtis pertinebat,in
ter q̄ eſt differētia,maximè in terminis noſtris,vt ꝓ
batur in d.l.deducta §.q poſt ff.ad Treb.& ex ijs pa-
gas,ſeu obuētiones p̄dictas deberi filiab.d.D.Ioan-
nis illius hæredib.& cōſequenter illis de Fontanel-
lis de iure magis eſſe exiſtimo . Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Legatum in dubio animo cōpenſandi cū debito neceſſario factū videtur,& quomodo neceſſarium eſſe debeat, nu.16.*
2 *Legatum factum pro omni eo,& toto,quod quis poſſet petere, & exigere in bonis,& hæreditate teſtatoris,in dubio animo compenſandi cū debito factum intelligitur, & quando.*
Et an id ſit uerum,& quomodo nu.17.
3 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*
4 *Voluntas teſtatoris,quæ ex coniecturis colligitur,euidens uoluntas eſſe dicitur.*
5 *Filia in reb.certis à patre inſtituta, & iuſſa ſtare tacita,& contenta,& ꝙ plus de bonis ſuis petere non poſſit,pōt dotem maternam ſibi debitam in bonis patris petere,ſecus ſi prohibita eſſet,ne plus de bonis,& hæreditate patris petere poſſet;& an id ſit uerum nu.17.*
Et quid ſi dictum eſſet ſuper bonis,et hæreditate patris,ibidē.
6 *Filia inſtituta ultra legitimā,& dotē maternam cū illa clauſula pro omni eo,& toto,quod petere, ſiue prætendere poſſet ſuper hæreditate patris,nihil amplius petere poteſt.*
7 *Et agnoſcendo legatum,nihil ultra poteſt petere,etiam ſi legatum eſſet minus dote ſibi debita.*
Et an id ſit uerum,& quomodo nu.21.
8 *Legatarius agnoſcendo dicitur legatum agnoſcere cum onere adiecto,& repudiando onus etiam legatum repudiat.*
9 *Legatum conſiſtens in quantitate non cenſetur factum animo compenſandi cum debito in ſpecie conſiſtenti.*
10 *Teſtator in dubio ur̃ uoluiſſe cōformare ſe cū diſpoſitione iuris*
11 *Compenſatio facilius inducitur,& præſumitur cum debito neceſſario,quam cum uoluntario.*
12 *Legatum non concurrens cum debita non dicitur factum contemplatione debiti,& animo compenſandi.*
Et quando animo compenſandi factum dicatur.
13 *Authen.Præterea.C.unde uir,& uxor declaratur.*
14 *Affectio maior præſumit̄ erga natos,q̄ erga nondum natos.*
15 *Teſtatoris uoluntas interpretanda eſt , ut per eam æqualitas inter filios,& filias ſeruetur.*
17 *Legatum factum filiæ pro omni eo,& toto,quod poſſet petere, & exigere in bonis,& hæreditate patris,an cenſeatur factū animo compenſandi cum dotibus maternis.*
18 *Filia incōgrue dotata pōt ad ſupplementū dotis cōgruæ agere.*
19 *Apparatus nuptiales filiæ de iure , ſicut dos, debentur.*
20 *Verba potius ſuperflua,& fruſtratoria debent reddi , quàm quod operentur effectum contrarium diſpoſitioni iuris, & contineant præiudicum alterius.*

EPITOME.

LEgatum factū filiæ pro omni eo,& toto,quod ipſa petere,& exigere poſſet in bonis,& hæreditate teſtatoris non compenſari cū dotib. maternis ipſius filiæ aliàs à teſtatore habitis,& receptis,& à filia agnitum,&acceptatum nō impedire ipſam filiā,quo minus dictas dotes maternas vltra legatum ab hęrede ſcripto petere,& conſequi poſſit,hic demonſtratur.